

**Q**U<sup>o</sup> GUARDIANI, Prioresq; conuentua- 3  
 les ordinum mendicantium possunt absolue-  
 re fratres suos ab omni Excommunicatione,  
 etiam de Cena Domini, nulla dempta. Hoc cō-  
 cēssit Martinus. 5. Priori Vallisoleti. Ut ip-  
 se in foro conscientiae possit abfoluere mona-  
 chos ab omni Excommunicationis sententia,  
 etiam si talis esset, quam ipse Summus Ponti-  
 fex reseruare consuevit, & cum eis super om-  
 ni irregularitate, etiam in illis casibus, in qui-  
 bus Papa sibi vicem reseruat [in morte vide-  
 licet & in membrorum truncatione, & enor-  
 mi sanguinis effusione] valeat dispensare; dū  
 tamen aliquod horum trium nō sit notorium  
 Et hoc propter scandalum. Collector priuile-  
 giorum ver. Absolutio ordin. quo ad fratres  
 Concessio. 40. dicit se hanc cōcessionem vi-  
 disse sub sigillo authentico, qui & existimat  
 eius modi concessione fratres non posse absol-  
 ui à censuris & casibus in Bulla de cena Do-  
 mini contentis. Verum magister à Veracru-  
 ce & alij credunt per illud verbum, ab om-  
 ni ex communicatione, intelligi etiam censu-  
 ras & casus de Cena Domini. Pro cuius pro-  
 batione aduertit quōd Papa duplicis generis  
 excommunicationes sibi reseruare solet. s. eas  
 R que